



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Homo amittit bonum, quod facit triplici ratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

sticus. Quām male famæ est, qui de
relinquit patrem, & est maledictus a
deo qui exasperat matrem. Pro. Quid
Pro. 19. affigit patrem, & effugit matrem,
ignominiosus est, & infelix. Ecclesi
Ecc. 3. sticus. Ne glorieris in contumeliam
tui, non est tibi gloria sed confi
sio. Secundum est, quia mortem gen
nam acquirunt. Exod. Siquis percul
serit patrem suum, & matrem suam
Deu. 27. morte moriatur. Deut. 27. Maledictus
qui non honorat patrem suum, & m
trem suam, &c.

*Homo amittit bonum, quod facit
triplici ratione.*

Primo, iustum se putando. Vale
seruator loquens de phariseo
Luc. 3. dicente. Non sum sicut ceteri
homines, raptiores, adulteri, &c. dixi.
Iob. 10. Qui se exaltat humiliabitur, &c. Pro
pterea dicebat Iob. Si iustificare me
uoluero, os meum condemnabit me.
Ecc. 8. Secundo alios despiciendo. Ecclesi
sticus. Ne despicias hominem au
tentem se à peccato. Et Gregorius.
Grego. Noli in eo despicere quicquid sum,
qui iam cœpit esse quod non fuit. Ter
tio de bonis, quæ agit superbiendo.
Lus. 18. Idem exemplum habemus de phari
seis ad eum, sed pectus eius humiliter
Corque sus, &c. militat in nobis. Confessus
Propitiatus. Et de ha
bro 3. Re
caui don
minus t
de Glosa.

INSTITV TIO. 122

se superbo dicente. Ieiuno bis in
sabbato, &c. Et tamen dicebat Chri-
stus. Cum feceritis hæc omnia, dicite
serui inutiles sumus, fecimus quod de-
buiimus. Vnde Gregorius. Ne mo au-
tem se de opere, nemo de tempore ex-
tollerat, & si iam scimus quæ et quanta
bona agimus, adhuc supernus iudex,
qua subtilitate hæc examinet igno-
ramus.

Luc. 17

*Homini, qui uult Deum habere
propitium, necessaria
sunt tria.*

COrdis humilitas. Luc. 31. ha-
betur exemplum de publica-
no à longe stante, & oculos
suos ad cælum leuare non audentem,
sed pectus suum ipse percutiens cor-
dis humilitatem ostendebat. Prou.
Cor quod nouit amaritudinem animæ
sue, &c. Psal. Cor contritum & hu-
miliatum Deus non despiciet. Oris
Confessio. Idem publicanus dicebat.
Propitius esto mihi peccatori, &c.
Et de hac habemus exemplum in li-
bro 3. Reg. 12. cum dixit Dauid. Pec-
caui domino. Dixitque Natham. Do-
minus transtulit peccatum tuum. Vn-
de Glossa. Qui humiliter confitetur, Glossa.

Luc. 31

Pro. 14

Psa. 50.

Luc. 31

3. Re. 12

L 2